

modum tale hominum genus, quos non philosophos more Pythagore^(a), id est sapientie studiosos⁽¹⁾, sed ipsos sapientes dicere liceat. hi, si qui sint; ego enim plurimos novi qui sapientes vixerint...

mi siano i veri sapienti, egli ha conosciuto moltissimi che sicuramente vissero...

CXXXXVII.

5

P. P. VERGERIO AD IGNOTO^(b).

[B, c. 22 B].

Padova,
1395 circa.

L'elogio tributato agli dall'amico che s'è proposto come modello per tutta la sua vita, gli dà buone speranze per l'avvenire,

e tuttavia, s'inganna,

dimentico che perfino i pigri sono stimolati dalle lodi.

Ma comunque sia dell'elogio, niun motivo all'infuori dello splendore della virtù e della scienza lo sprona a conseguirle.

Pago della propria coscienza e con pochi bisogni, ha quello che gli occorre, anche se non può mostrarsi grato o liberale verso gli altri.

Ricevette però con gioia il dono inviatogli, dono in sé cospicuo, che ne dica l'amico, il quale a torto vorrebbe farne le scuse,

Vix possum abstinere me, ne progrediar extra eos limites, quibus parvitatibus mee conscientia contenta est, cum ab ullo hominum, cuius iudicium plurimi faciam, probatus sim; et est michi magne
10 spei argumentum non improbari cum a ceteris gravissimis tum maxime a te, qui totius vite mee, omnium studiorum, omnium artium exemplar es et regula. quanto igitur magis sperare de me possum, cum tu laudas! in qua re fatebor errorem meum. cum enim id michi evenit, ut unusquisque in se quam in ceteros prior
15 est, res meas meque laudari credo; oblitus solere plerumque cum ignavis ita agi, ut, si non alia re, saltem amore laudis excitentur. quicquid tamen sit quod in me laudandum putas, ego, nulla^(c) alia re nisi splendore virtutis et doctrinarum motus, studeo ut unaqueque dies meliorem doctoremque posteriori me reddat. atque
20 id efficiam profecto dum vixero, ut paucorum laudes expetens conscientia mea contentus sim. in qua re paucis extrinsecis adiumentis opus est michi. satis habeo pro me, non satis fortasse pro his quibus esse subsidio vellem, quibusque gratum et liberalem animum monstrare cupio. et ita fit ut tu compassione mei doleas, ego vero
25 non mei sed aliorum miserear. suscepi tamen avidissime munus tuum, (in) se quidem magnum et preclarum, sed dantis religione longe prestantius. tu tamen, qui nichil, nisi quod preter consuetudinem magnificum esset, dare velles, munus excusas; a quo studio abstinuisse te velim. quid enim parvum a te, aut quid non ma-

(a) *Cod. Pitagore* (b) *Cod. senza titolo.* (c) *Cod. putas, eo nulla*(1) Cf. *Cic. Tusc. V, III, 9.*